1793

non subterfugiendo, nec modo alio quovis Evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione, ad praemissa omnia mediante.

Jaworski alteri obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Nicolaus Jaworski Dubich, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quoad actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie inscorporando atque subiiciendo, palam, libere publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta nempe certam Sortem Nickowicz dictam in Bonis Villae Jawora, Palatinatu Russiae. Terra vero et Districtu praesenti Premysliensi iacens et consistens; Cum omni praemissorum Jure, Dominio, proprietate, tituloque obligatorio cunctis et singulis eorundem Bonorum Sortis praedictae utilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus quibusvis, tum agris, fundis pratis campis, pascuis, pascuariis, sylvis, borris, gaiis nemoribus, indaginibus rubetis, vepretibus, virgultis, merricis stagnis magnis, et parvis, piscinis, fluviis, fluminibus, lacubus, paludibus, rivis rivulis, torrentibus, aquarum decursibus, molendinis, tabernis, horreis, holodiis, hortis, pomariis, apisteriis, apum mellificiis, sepibus, sepimentis, structurisque et aedificiis quibusvis nec non subditis, cmethonibus. Hortulanis, Inquilinis,

1794

omnibusq Subditorum laboribus, censibus, dationibus vecturis, muniis, officiis, et obsequiis quibusvis attinen[tiis] et pertinentiis generaliter universis. Nihil ex pr[ae]tisq juris Dominii proprietatis ac quibusvis competentiis et praerogativis pro se Recognoscente seu quopiam alio reservando seu excipiendo, cessionibus aut quopiam alio, ita late longe circumferentialiterq prout eadem Bona Sortis praefati ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsumq concernebant ac eidem legitime serviebant, Jam ex nunc et de facto Nobili Georgio Jaworski Dubik Fratri suo germano, eiusq Posteris in Summa Ducentorum Quinquaginta Florenorum Polonicalium iam per se Recognoscentem Levata et percepta, de qua praesentibus quietatur, hinc et a festo praesenti ad diem et festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime et immediate venturo incidens, et in defectu prohinc eorundem Bonorum sorti memoratis exemptionis Summaeque memoratae Ducentorum Quinquaginta Florenorum Polonicalium totalis et integrae realis persolutionis, ex tunc de Anno ad Annum festo ad festum praedicti Die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinantis, Annis et festis se se continue et immediate sequentibus usq ad Exemptionem Bonorum eorundem Summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectivam persolutionem, obligavit, inscripsit, et invadiavit, prout obligat, inscribit et invadiat praesentibus: In quae quidem Bona sortis memorata, praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata iam ex nunc et de facto idem Recognoscens Nobilis Nicolaus Jaworski Dubik, praefato Nobili Georgio Jaworski

Dubili Fratri sui Recognoscentis germano obligatario suo eiusq Posteris, coram Officio praesenti dat et admittit realē Intromissionem, et actualem pacificamq Possessionem, per Ministerialem quemcunq competentem, et Nobiles duos, Die quacunque voluerit officiose acceptandam. Per ipsum obligatarium suum, ipsiusq Posteros haec eadem Bona, praemissaq omnia praesentibus inuadiata, cum Vniversis eorundem Vtilitatibus et vsufructibus, attinentiisq et pertinentiis generaliter omnibus, tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi, ac ad vsus suos suorumque Successorū quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi, modoac Iure obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Nicolaus Iaworski Dubili, prout se, ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter oibus, Summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis Suprascripto Nobili Georgio Iaworski Dubili, Fratri suo Recognoscentis Germano, obligatorio suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Successores in dictis Bonis praemissisque omnibus praesentibus per se Recognoscentem inuadiatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quauis impetitione iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis status et sexus quouis existentis exoriunda, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, euincere intercedere, et eliberare, indemnemq cum Posteris reddere, nec non haec eadem Bona, praemissaque omnia, praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super praemissa omnia modo quouis quarumq personarum factis et faciendis, nec non etiam a quibusuis

1796

citationibus super eadem Bona supraescripta modo quo-
cunque importatis et importandis, Lucris denique et Per-
lucris Processibusque Juris quibusvis in quocunque puncto
cto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et
Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis
omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis
emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere
ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesentiade
instar in fundo Bonorum eorundem praesentibus inuadiatorum
rum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos officiose
ciose requiretur non denegare, imo debebit, et tenebitur,
eandem liberè dare et effectualiter admittere, dataque et
admissa eadem, Possessionem et usumfructum praemissorum
omnium praesentibus inuadiatorum quovis modo tam per se,
quam per suas quasvis submissas et subordenatas personas
non praepedire nec achitere, ipsumque obligatarium suum
et illius Posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis
gatis nullo modo turbari, ita ut haec eadem Bona Comisslag
omnia praesentibus inuadiata, idem obligatarius suus,
cum suis Posteris quietè et pacificè praesentis Inscriptionis
onis obligationis vigore, tenere, habere, et possidere queat,
illisque potiri possit usque ad Exemptionem Bonorum
eorumque Summaeque memoratae totalis et integrae realem ac
effectualem persolutionem. Idque sub vadiis similis Summae
Ducentorum Quinquaginta Florenorum Polonicalium per
eundem Recognoscentem Nobilem Nicolaum Jaworski
Dubin, sive eius Successores supraescripto Nobili Georgio
gio Jaworski Dubin. Fratri sui Recognoscentis germano
obligatario suo, ipsiusque Successoribus, ob non completionem
tionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte

quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Nicolaus Jaworski Dubik sive illius Successores ad instantiam praefati Nobilis Georgii Jaworski Dubik fratris sui Recognoscentis germani, Obligatarii sui vel eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Enicorem vel alios quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximas Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Pariis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri bello, Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eundendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Idem Matkowskiemu obligat